

Heinrich Rahn Johannes Schultze

Disputatio Inauguralis De Tutelis

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766620506>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.
Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
TUTELIS,

QUAM

In nomine Sacro-Sanctæ &
Individuæ Trinitatis,
Ex consensu & Decreto Nobilissimæ & Amplis-
simæ Facultatis Juridicæ, in famigeratissima
Rostochiensis Academia,

PRESIDE

Viro Consultissimo, Clarissimo,

DN. HENRICO Rahnen/
J. U. D. Prof. & Juridicæ Facultatis p.
I. VICE-DECANO, Consistorii Ducalis Assessore
gravissimo, Præceptore ac Promotore suo
honorando,

*Pro consequendis summis in utroq; jure privilegiis
& honoribus Doctoralibus.*

Publico eruditorum examini subjicit

JOHANNES Schulse/ Güstrov Megapol.
Ad diem 31. Maij, in Auditorio Majori, horis ante
& postmeridianis.



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. Anno 1655.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

TUTELIS

QVAM

In nomine sacro-sancti &

Indivisi Trinitatis

Ex consensu & Decreto Nobilissimae & Ampliae

Sacrae Facultatis Juridicae, in Imperatoribus

Rostochiensis Academiae

PRAESIDE

Magistro Consistorio Juridico

DN. HENRICH



J. U. D. Prof. &

Vice-Decano, Consistorii Ducalis Aulicorum

Gravissimo, Praeceptoris ac Promotoris suo

honorando

Pro conspectu vestro summi in iure privilegii


& doctoris Doctoratus

Publico et doctorum examini subijci

JOHANNES GUSTAV GÜSTROV MEGSPO

Ad dem summi in Auditione Majori, hinc ante

& postmodum



ROSTOCHII

Typo Lithographico NICOLAI KILII Acad. Typ. Anno 1848



CUM DEO.



Um rationi naturali nihil sit convenientius, quam, ut is, qui propter congenitam vel animi vel corporis infirmitatem seipsum tueri vel defendere nequit, alterius directorio regatur, donec propriis subnixus viribus, seposita ope aliorum, enatare valeat: rectè cautum est, ut, etiamsi teneriores nexibus paterni domini exempti sint, tamen aliorum defensionis & tutelæ per discreta tempora, usq; dum propriis rebus cum fructu superesse queant, subdantur *p. Inst. de Curat.* De qua frequentissima & utilissima Tutelarum materia, in præsentiarum acturus, quantum Nobilissimæ Facultatis Juridicæ statutum, temporis & ingenii ratio permittet, laxiori missa præfatione rem ipsam aggredior.

I.

Tutela dicitur à tuendo, unde & tutores nomen à re ipsa acceperunt *l. 1. §. 1. ff. de tutel. l. 1. ff. de Minorib §. 1. J. de tutel.* Significat in genere seu latè, quamlibet defensionem *Varro de re rust. l. 1. c. 4. Cic. lib. 3. de finib. sect. 66. Horat. lib. 1. epist. 1. ult. ff. legat. 3. l. 1. §. 7. in fin. ne quid in flumin. pub. l. 15. de impens. in res dot. fact. l. 3. de J. & J. l. 1. C. unde Vi. l. 2 §. 1. in fin. de stat. defunct. post quinq. l. 14. C. de Judæ & Celi l. 7. §. ult. solut. matrim.*

II.

Strictè comprehendit & curam: & sic usurpatur ab *Horat. serm. l. 2. Satyr. 3. v. 213. & Plinio Juniore de Viris illustribus in Lucullo. Dio. lib. 57. & ex eo Xiphilinus. Senatori cuidam prodigaliter viventi, tutorem quasi pupillo cuidam adposuit Tiberius SC. & laudatur eo loco, quæ exempla notat Cujas. ad l. 8. & seqq. de excus. tut.* Strictissimè denotat defensionem eorum hominum, qui seiplos propter ætatem defendere vel tueri nequeunt, Germanicè dicitur, *Vormundschaft* oder *Pflegschaft.*

III.

Definitur à *Servio Sulpitio in l. 1. ff. de tut. & Imperatore §. 1. J. eod.*

A

Vis

Vis ac potestas (quæ verba non solum à JCrīs, sed & classicis autori-
bus eleganter conjunguntur in §. 3. *J. de Interdict.* l. 17. ff. de l. l. 7. C.
de Codicill. l. 1. ff. de noxal. act. Duar. ad tit. ff. de tutel. c. 1. Terent. in He-
auton. act. 4. scen. 3.) in capite libero (quæ verba commodius de pu-
pillo quam tutore, cum & filiusfamilias tutor esse possit pr. *J. qui*
testam. tutor. dar. poss. l. 9. ff. de his qui sui vel alien. intelligenda esse
censeo) ad tuendum eum (principaliter l. 12. 14. ff. de testam. tutel. §.
certa autem *J. qui testam. tutor. dar.* per consequentiam etiam ad admi-
nistrandum universum personæ patrimonium §. datur. *J. de excus. tut.*
Vvesenbec. in parat. h. t. n. 4.) qui per ætatem se defendere nequit, ju-
re civili data ac permilla.

IV.

Causa efficiens Principalis est DEUS T. O. M. *Ps. 68. v. 6. Ps. 146.*
v. 9. Deut. cap. 10. v. 18. Esaiæ 1. v. 17. Syrac. cap. 4. v. 10. Zach. 7. v. 10. Jer.
22. v. 3. Exod. 22. v. 22. 23. 24. Hiob. 24. v. 9. 18. 19. 20. Eccles. 35. v. 17. 189.
Secundaria jus naturale seu gentium: Deus vero naturæ seu naturali
rationi implantavit, ut pupilli tueantur: quo & referri potest *Cic. 1.*
offic. sect. 122. Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda
prudentiâ: Tertias partes sortitur jus Civile, quod certum objectum,
formam & tempus præscripsit in materia tutelari.

V.

Dividitur tripliciter in Testamentariam, Legitimam & Dativam
l. 52. C. de Epis. & Cler. l. 4. C. qui dar. tut. vel curat. poss. l. ult. C. de legit.
tut. l. 7. ff. rem pup. salv. l. fin. circa fin. C. de aut. præst. quæ divisio & reti-
netur in Ordin. Carol. V. de anno 1548. & Rudolph. II. de anno 1577. tit. 32.
& in jure Bohemico, Palatinatus Electoralis & c. de quibus vid. C. I. A. l. 26.
tit. 1. th. 6.

VI.

Testamentaria tutela est, quando pater testamento tutorem con-
stituit liberis suis impuberibus in potestate constitutis §. 3. *J. de tut. l.*
1. ff. h. t. l. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. & non in potestatem alterius
recafuris d. §. 3. *J. de tut.* Nepotibus ex filio, modo post mortem
avi non sint in potestatem patris recafuri l. 1. §. ult. l. 2. *io. §. 2. ff. h. t.*
l. 73. ff. de R. J. Posthumis l. 1. §. 1. l. 19. §. fin. ff. eod. Si modo in vivi
testatoris potestate nascuntur, eidemq; mortuo sui hæredes sunt:
Exhæredatis l. 4. 10. §. 2. l. 31. ff. h. t. l. 77. §. ult. ff. de condit. & demonst.
Ratio

Ratio habetur in l. 20. ff. de bon. possess. cont. tab. Non enim invenitur exheredationem esse modum tollendæ patriæ potestatis. Emancipatis §. fin. J. de tutel. l. 1. ff. de confirm. tut. Quo casu tamen tutor datus confirmandus est à Magistratu, sine inquisitio de l. 4. ff. de testam. tut. d. §. fin. Inst. de tutel.

VII.

Testamento tutorem dare nequeunt furiosus l. 8. ff. de his qui sunt sui vel alien. quia testamentum facere nequit §. 1. J. quib. non est permis. fac. test. l. 16. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. 1. §. 8. ff. de bon. possess. secund. tab. l. 2. ff. de in off. test. Mente captus & fatuus l. 17. ff. qui testam. fac. poss. Surdus & Mutus simul l. 10. C. qui testam. fac. pos. Prodigus, cui bonis interdictum est §. 2. J. quib. non est permis. fac. testam. l. 18. in princ. ff. qui testam. fac. pos. Deportatus, in servitutum redactus, hostium potitus & si qui sunt his similes, ut videre est in l. 13. princ. l. 14. 16. princ. l. 19. ff. qui testam. fac. pos. §. ult. J. quib. non est permis. fac. test. l. 10. ff. de testam. milit. l. 6. §. 5. & seqq. ff. de injust. rupt. Filius familias l. 28. 41. §. 2. ff. de testam. milit. Filius emancipatus l. 6. C. de petit. hæredit. Pater naturali filio, cui nihil relinquit l. 7. princ. ff. de confirm. tut. l. ult. C. eod. Nov. 89. c. 14. Patronus liberti l. 1. §. 1. §. 4. ff. de confirm. tut. l. 28. §. ult. ff. de testam. tut. l. 1. C. eod. Extraneus l. 4. ff. de confirm. tut. l. 32. ff. de excus. Excepto casu, in quo extraneus impuberem hæredem instituit, & pupillus extra eam hæreditatem nihil in bonis habet, qui tutor datus, à Magistratu cum inquisitione confirmari debet, & satisfacere, rem pupilli salvam fore l. 4. & 5. ff. de confir. tut.

VIII.

Mater & Avia, quæ licet liberos non habeant in potestate, testamento tamen tutores dare possunt, dum modo liberos hæredes instituant, quod si non fecerint, poterit tamen eos Magistratus diligenti inquisitione l. 4. ff. de testam. tut. citra satisfactionem confirmare l. 2. ff. de confir. tut.

IX.

Dari possunt testamento tutores, qui jure ordinario tutores esse possunt l. 20. §. 5. ff. de testam. tut. l. 53. princ. l. 120. ff. de V. S. cum quibus est testamenti factio l. 25. ff. h. t. Filius familias princ. J. qui testam. tut. dar. poss. l. 21. 37. §. ult. ff. h. t. Admittitur enim ob causam publicam, in quibus habetur pro patrefamilias l. 9. ff. de his qui sunt sui vel alien. Minor viginti quinque annis, cum major 25. annis factus fuerit

§. 2. *J. qui testam. tut. dar. pos.* §. 13. *J. de excusat* l. 32. §. ult. ff. de testam. tut. l. ult. C. de legit. tut. Furiosus, cum sanam mentem receperit l. 11. ff. de tut. l. 10. §. 3 ff. de testam. tut. Prodigus eadem conditione, cum ex testamento capere possit l. 5. ff. de acquir. vel omitt. heredit. Servus proprius cum libertate & sine libertate; ex benignâ enim interpretatione, dum tutor datur, libertatem consequitur arg. l. 2. ff. de Jurisdic. Sine libertate enim tutelam administrare nequit l. 7. C. qui dar. tut. pos. Alienus servus purè non datur, sed ita, cum liber erit §. 1. 2. 3. *J. de hered. instit.* §. 1. *J. qui testam. tut. dar. pos.* l. 10. §. ult. ff. de testam. tut. Is qui non est cum pupillo ejusdem civitatis Civis l. 32. l. 20. §. 1. ff. de testam. tut. l. 10. ff. de tut. Hæres, l. 7. ff. de testam. tut. Creditor & debitor pupilli, si debitum vel creditum sit modicum, gloss. in Auth. Minoris ad verb. debitor. C. qui dar. tut. pos. Obrecht. Disp. 18. th. 186. arg l. 17. pr. ff. de excus. l. 1. §. ult. ff. de instic. vent. l. 6. §. 1. verb. & maxime ff. de legit. tut. Et si testator sciens eum dederit tutorem, patris enim voluntas omnem suspicionem fraudis tollit, ita ut fides & diligentia sit probata.

X.

Dari nequeunt mutus l. 10. §. fin. ff. de legit. tutor. l. 1. §. 2. de tut. Surdus d. l. 10. & l. 1. §. 3. Mutus & surdus simul, utroq; lumine orbatus l. 3. C. qui dar. tut. pos. l. 1. C. qui morb. Fœmina l. 16. 18. ff. de tut. l. 2. ff. de R. J. l. 1. C. qv and. mul. tut. offic. fung. por.

XI.

Dantur tutores non solum in testamento, sed & Codicillis testamento confirmatis l. 3. ff. de testam. tut. In non confirmatis, defectus per confirmationem supplendus l. 1. vers. si autem. ff. de confirm. tut. vel curat. l. 3. ff. de testam. tut. quâvis lingua l. ult. C. de testam. tut. arg. §. 1. *J. de V. O.* Verbis directis, purè l. 10. §. 3. & ult. ff. de testam. tut. §. 1. *J. de Attil. tut.* Ad certum diem §. 3. *J. qui test. tut. dar. pos.* §. 5. quib. mod. tut. fin. l. 8. §. 2. ff. de testam. tut. Ex certo tempore §. ult. *J. qui testam. tut. dar. pos.* §. 1. *J. de Attil. tut. l. n. princ.* ff. de testam. tut. Sub conditione d. §. 3. *J. d.* §. 1. Ad conditionem §. 2. *J. quib. mod. tut. fin.* l. 14. §. ult. ff. de tut. In testamento ante vel post hæredis institutionem §. 3. in fin. *J. qui test. tut. dar. pos.*

XII.

Confirmandi sunt Tutores, qui non jure vel non rectè dati sunt; in quorum numero sunt frater legitimæ ætatis, à patre in testamento imper-

52

imperfecto, pupillis fratribus datus, is, quem mater liberis, Avia nepo-
ribus, Avus maternus nepotibus ex filia, Patruus fratris filio, Extraneus
Extraneo, licet non jure datus *l. 12. .4. 5. & 6. ff. de testam. tut.*

XIII.

Tutores non jure datos confirmat Judex competens, seu Magi-
stratus *l. 2. 3. & ult. C. de confirm. tut.* Is qui præest *l. 1. §. 2. & ult. ff. de con-
firm. tut.* Cujusmodi Magistratus est Consul *d. l. 1. §. 1. ff. d. t.* Prætor *l. 2.
in princ. l. 5. 6. 8. & 10. ff. d. t. l. 32 ff. de excusat. l. 28. §. ult. ff. de testam. tut.*
Proconsul *d. l. 2. in princ.* Præses *l. 4. C. de testam. tut. §. ult. J. de Tut.* Ma-
gistratus municipalis jussu præfidis *l. §. princ. ff. de confirm. tut.*

XIV.

Confirmantur Tutores non rectè dati per sententiam Magistratus
§. ult. J. de tut. l. 26. ff. de testam. tut. aut decretum, legitimè pro tribunali
interpositum *l. 2. l. 7. ff. de confirm. tut. l. 1. C. eod. l. 30. §. ult. ff. de excusat. l. 18.
§. 1. ff. ad l. Corn. de fals. l. 7. §. 1. ff. de confirm. tut.* vel sine inquisitione,
vel cum inquisitione. Cum inquisitione confirmantur, quos pater fi-
lio naturali, cui nihil in testamento reliquit, tutores dedit *l. 7. ff. de con-
firm. tut.* quem Patronus liberto dedit, tunc enim defuncti voluntatem
prætor sequitur, si fides inquisitioni congruat *l. 28. §. ult. ff. de testam.
tut. l. 1. C. eod. l. 30. §. ult. ff. de excus.* quod tamen tunc obtinet, si libertus
à Patrono hæres institutus sit, & extra hæreditatem patroni nihil in bo-
nis habeat *l. 4. ff. d. t. quem Mater liberis l. 4. ff. de testam. tut. l. 4. C. eod. l. 32.
ff. de excus. l. ult. §. ult. ff. qui per. tut.* Idem in extraneo observandum *l.
4. & 5. ff. de confirm. tut. l. 32. ff. de excus.*

XV.

Sine inquisitione confirmantur, qui dantur à justo patre, quem
nuptiæ demonstrant *l. 5. ff. de injus voc. l. 4. ff. de testam. tut. l. 1. §. 2. l. 6. ff. de
con. firm. tut. §. ult. J. de tut.* filio emancipato, vel in potestate existenti, in
testamento imperfecto. Si autem causa, ob quam tutor datus vide-
batur, in ipso mutata sit, Prætor vel Magistratus tutorem à Patre da-
tum, non confirmat, de quibus videantur *l. 4. in fin. de testam. tut. l. 8. in
fin. l. 9. ff. de confirm. tut. l. unic. in fin. C. ne tut. vestig. conduc.* licet enim præ-
tor voluntatem patris sequi debeat, pupillorum utilitatem tamen
potius (quæ semper spectanda est) *l. 10. ff. de confirm. tut. l. 45. §. ult. ff. de
excusat.* si illa à patris voluntate diversum sydeat, quam patris vo-
luntatem sequitur.

A 3

XVI. Facta

XVI.

Facta confirmatione tutor, licet frustra datus, sustinet periculum tutelæ & proinde à confirmationis decreto, excusationem suam proponere debet *l. i. 2. C. de confirm. tut.* Et cum Inquisitio fidem satisfactionis impleat, ex inquisitione confirmatus, non satisdat, *Exempl. l. ult. §. 1. ff. de confirm. tut.* Excludit deniq; confirmatio legitimam tutelam non tantum post confirmationem, verum etiam ante, dummodo spes, est tutorem testamentarium confirmatum iri, videatur *Col. Jur. Ar. lib. 26. tit. 3. th. 8.*

XVII.

Quibus testamento tutor datus non est, vel patre intestato mortuo, his lex *re. tab.* tutores dat legitimos *princ. §. de legit. agnat. tut.* Dicitur legitima, non quasi testamentaria & dativa legitimæ non sunt, sed quia ex ipsis legibus, absq; facto ex provisione hominis descendit *l. 5. princ. ff. de legit. tut.* Causa itaq; tutelæ legitimæ efficiens est ipsa lex, quæ legitimam tutelam omnibus illis (capacibus tamen) defert, quos ad legitimam hæreditatem admittit, idq; ea ratione, ut quorum sit modum, eorum etiam incommodum sit *l. 1. ff. de legit. tut. l. 73. ff. de R. J. in fin §. de legit. patron. tut.*

XVIII.

Definitur legitima tutela *per Vult. ad Inst. h. t. in princ. num. 1.* quod fit tutela jure solo existens: Estq; vel vere legitima, quæ ex verbis & mente legis oritur, vel quasi, quæ ex mente & ratione legis tantum: Quæ ex verbis & mente legis procedit, vocatur legitima Agnatorum, quæ olim solis Agnatis proximis *§. cum autem 7. §. de cap. dimin.* (i. e. per virilis sexus personas cognatione nobis junctis *l. 7. ff. de legit. tut. §. sunt autem. §. de legit. agnat. tut. §. 1. §. de legit. agnat. success.* hodiè etiam Cognatis, qui nobis per foemininum sexum sunt juncti, defertur. *Auth. sicut hæredit. C. de legit. tut. Nov. 118. c. 4. Ratio est in l. 10. & 73. ff. de R. J.*

XIX.

Quæ ex mente & ratione legis tantum proficiscitur, vocatur Patronorum, quæ Patronis in liberos impuberes defertur; ut enim lex Patronum ad successionem liberti sui expressè vocat, ita & tacitè ad tutelam ejus vocare Patronum censetur *l. 3. ff. de legit. tut. Ratio est in d. l. 73.*

XX.

Sunt & tutelæ, quæ neq; ex mente neq; ex verbis oriuntur, sed ad exemplum harum introductæ, ut tutela Parentum, qui liberos emanci-

52

emancipatos impuberes tuentur; & Fratrum, quando mortuo Parente idem frater facit, quæ proprie Fiduciaria dici consuevit *t. t. § de legit. Agnat. Patron. Parent. & Fiduc. tut. l. 1. & 4. ff. de legit. tut.* Hodiè cum tutela cognatorum ex latere venientium citra discrimen Cognationis, Agnationis & Emancipationis deferatur, fratres fratrum impuberum perfecta ætatis simpliciter vocantur *Nov. 118. c. 5.*

XXI.

Licet regulariter mulieres à tutela arceantur *l. 1. C. quand. mul. tut. off. fung. pot. l. 16. l. fin. ff. de tut. l. 2. ff. de R. J. Excipiuntur tamen Mater. Nov. 22. c. 46. Nov. 89. c. 14. Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5. & Avia d. Nov. 118.* in tantum, ut sòlis testamentariis præcedentibus, tam legitimis quam dativis præferantur *d. Nov. 118.* sed requiritur ut libera voluntate *p. l. 2. vers. sanè in optione. l. 3. vers. mater autem voluerit. C. quan. muli. offi. tut. Nov. 94. c. 1. & 2. adeat.* & prius simpliciter secundis nuptiis *d. Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5.* Scto Vellejano aliisq; legum auxiliis omnibus renunciet *Auth. Matri & Avie C. quand. mul. tut. offic.*

XXII.

Succedit tertia species Tutelæ, Dativa, quæ locum habet, sive testamentò nullus datus, vel legitimus nullus habetur, vel tutor quidem existens, aliquaratione impeditur, de quibus & pluribus *vid. Col. 14. Arg. lib. 26. tit. 5. th. 2.* & datur ad instantiam Matris, quæ necessario tutorem petit *l. 2. §. 1. & 2. l. ult. ff. qui pet. tut. l. 6. §. 8. 9. 10. 11. C. eod. l. 1. §. 2. 3. & seqq. ff. ad Sc. Tertull. l. 3. 6. C. eod. l. 2. C. si advers. delict. su. l. 28. §. 2. ff. de administ. tut. §. 6. J. de Sc. Tertull. Liberti, l. 2. §. 1. princ. verb. liberti autem. ff. qui pet. tut. l. 2. C. eod. Cognatorum & c. qui enumerantur latissimè in *Col. J. Ar. d. lib. 26. tit. 6. th. 1. 2. & 3.**

XXIII.

Dantur Tutores à Magistratu competente, non enim Imperiū neq; Jurisdictionis, sed legis est, & ei soli competit, cui nominatim hoc lex, Sctum vel Princeps dedit *l. 6. §. tutoris datio. ff. de tut. Mysing ad §. 4. J. de Attil. tut.* Hodiè nostris moribus, tutores dantur à Magistratu ordinario cujuslibet loci & civitatum Judicibus *Bart. ad l. 1. ff. de tul. & cur. dat. Ordinet. Carol. V. Politic. de anno 1648. tit. von den Pupillen und minder Jährigen Kindern Tutoren und Vormundern princ. vers. So wollen wir allen & c.* Iis vero, qui immediate Imperio Romano subjecti sunt, camera Imperialis tutores dat *Gail. lib. 1. obs. 1. num. 47.*

XXIV. Dari

Dari non possunt Tutores Fœminæ *l. ult. ff. de tut. Miles, Cœcus, Servus l. 3 4. & 7. C. qui dar. tut. poss.* Qui in Legatione sunt *l. 21. §. 3. ff. de tut. & curat. dat.* Qui sese ingerunt vel pecuniam dant, ut creentur *d. l. 21. §. ult. ff. d. t. l. 2. §. 15. ff. de suspect. tut.* Qui à parentibus prohibiti sunt tutores esse: Speciale est, quod Camera Imperialis tutorem possit dare eum, qui est alterius Jurisdictionis, vel qui mediatè Jurisdictioni Camerali tantum subjectus est, per univèrsum enim Imperium Romano Germanicum, Jurisdictionem & Imperium diffusum habet; *Ejus generis præjudicia commemorat Autor tab. Analyt. fund. Jurisd. Cam. ap. Sim. Gunt. in Thes. Par. num. 28. p. 67. & seqq.* Requiritur tamen, ut mediati suo foro renuncient, & Jurisdictioni Camerae sese subiiciant.

Constitutam tutelam sequitur officium Tutorum, quod consistit in administrationis legitime suscipiendæ necessitate & autoritate; Antequam autem à Tutore administratio suscipitur, necessum est, ut sciat, se ad tutelam, vocatum *l. 1. §. 1. ff. de administ. & peric. tut. l. 8. & 19. C. eod. l. 5. C. de peric. tut.* ut ipsi à Judice tutelæ administratio decernatur, *quæ communis opinio comprobata est in Ordinat. politic. Caroli V. de anno 1548. Rudolphi II. anno 1577. tit. 32. von der Pupillen und minderjährigen Kindern Tutoren und Vormändern. §. daß ein jeder Vormund. Jura-mentum tutelæ administrationem præcedat l. 27. C. de Episcop. audient. l. ult. §. 5. & 6. C. de curat. furios. Nov. 72. c. ult. vers. etenim. d. Constit. politic. Carol. V. Rudolph II. tit. 36. §. item daß er nach befohlener Verwaltung. lib. 1. Ordinat. Cam. tit. 76. Promittat se defensurum esse pupillum vid. Col. Iu. Arg. lib. 26. tit. 7. th. 2. num. 4.*

Præparatorium administrationis est I. Satisfactio quæ exigitur à Tutoribus, olim non ab omnibus *prin. Inst. de Satisf. vid. C. l. A d lib. & tit. th. 5. & 6.* hodiè tamen ex ordinatione Imperii sub Carolo V. & Rudolpho II. de anno 1548. & anno 1577. ab omnibus indistinctè sub hypotheca omnium bonorum suorum bey verpfandung ihrer Haab und Güter / so viel dero hierzu von nöthen; quod & Jure Civili receptum esse constat *ex Nov. 72. c. fin. Thom. Lindem. in Exercit. Justin. h. t.*

Fieri debet satisfactio (quæ definitur cautio, quâ datis fidejussoribus tutores cavent, ut res pupilli, cujus tutelam agunt, salva & in tuto

52

ento fit) datis fidejussoribus l. 1. ff. qui satud. cog. qui Tutorum nomine promittunt, pupilli rem salvam fore l. 9. ff. rem. pub. salv. for. Et nihilominus bona quoq; Tutorum, pupillis tacito pignoris vinculo obligata sunt l. 20. C. de administ. tut. l. fin. vers. discretis. C. de legit. tut. Nov. 118. c. 5. in fin.

XXVIII.

Secundum præparatorium Administrationis, est Confectio Inventarii de qua in l. 7. princ. ff. de Administ. & peric. tut. l. 24. C. eod. in novel. Constit. Carol. V. & Rudolph. 11. Imp. dictis, quod Inventarium definitur instrumentum publicum, quo descriptæ sunt res ejus, qui est in tutela C. J. A. d. lib. tit. th. 10. Confici debet Inventarium, à Tutoribus, nisi testatores confectionem ejusdem remiserint l. ult. §. ult. C. arbitr. tut. per publicum instrumentum coram Notario & testibus, expensis pupilli, antequam aliud quicquam tutor gerat l. 24. C. d. administ. & peric. tut. candidè, clarè, liquido, sigillatim & distinctè, de omnibus bonis pupilli, tam mobilibus quam immobilibus futuris & præsentibus, per confinia & valorem distinctis Mynsing. Cent. 2. obs. 39.

XXIX.

Si Tutor hæc prædicta neglexerit, vel aliàs dolosè circa rem pupilli versatus fuerit, non solum tenetur ad damni dati refusionem, quodq; eo nomine in litem adversus eum jurari potest l. 7. ff. de administ. & peric. tut. Sed & conjicitur in vincula publica, si humilioris est conditionis l. 3. §. 16. ff. de suspect. tut. seu legitimis pœnis subjicitur l. ult. §. ult. & ibi Gothofred. C. arbitr. tut. ut suspectus removetur d. l. 3. §. 16. ff. de suspect. tut. d. l. ult. §. ult. C. d. t. fit infamis indelebili macula, ut ne quidem rescripto Imperatoris ab infamia liberari possit d. l. ult. §. ult. in fin. Deniq; præsumitur dolo fecisse, n̄ factum necessaria & justissima causa defendere possit l. 7. princ. ff. de administ. & peric. tut.

XXX.

His ritè peractis, statim sine mora administrandam tutelam accedere debent, sin nolint, seu morentur, compellendi sunt §. 3. in fin. J. de Attil. tut. l. 4. §. 3. ff. rem. pupil. salv. for. l. 1. C. in quib. caus. tut. hab. tut. dar. pos. & cogendi extra ordinem à Magistratibus majoribus, hodiè etiam iis, quibus datio competit, remediis strictioribus l. 3. B
C. de

C. de suspect. tut. l. 9. ff. de muner. & honor. d. l. 1. C. in quib. caus. tut. hab. pignoris captis, coercitione corporali & indicta multa l. 3. C. de suspect. tut. l. 2. § 16. ff. eod. l. 1. § 3. ff. de inspic. ventr.

XXXI.

Administrant tutelam vel omnes Tutores divisim, vel indivisim. Indivisa administratione (dividitur enim administratio vel Judicio Testatoris vel ex sententia Præsidis l. 2. *C. de divid. tut.*) omnes pariter Tutores, vel pro indiviso plane, aut pro diviso ex solâ sua conventionē gerunt l. 2. 3. *C. de divid. tut. l. 6. C. arbitr. tut. l. 1. §. 10. 11. 12. 13. ff. de tut. & ration. distrab. l. 5. ff. de magistrat. conven. l. 17. ff. de testam. tut.* Si itaq; indivisa est tutela, omnes communiter & singuli tutelam administrare possunt, & quod quisq; bonâ fide gesserit, id, etiamsi per unum duntaxat gestum sit, ratum haberi debet l. 7. §. ult. ff. de curat. fur. Si divisa est, omnibus tutoribus idem jus administrandi & commune periculum manet l. 2. in fin. l. ult. *C. de divid. tut.*

XXXII.

Administratio Tutorum versatur. I. in personâ pupilli recte educandâ: plus enim curæ & diligentia in liberorum educatione, quam in aliis rebus adhibendum *Arist. lib. 5. Polit. cap. 8.* Pertinet autem ad educationem. I. habitatio constituenda apud matrem, quam diu non transit ad secunda vota l. 1. *C. ubi pupil. educ.* Si enim Vitricum superinduxerit, à Magistratus dependet arbitrio, qui de eo præsentibus Agnatis statuit l. 1. & 2. *C. d. t. Cuiac. 6. obs. 29.* II. Alimentorum præstatio congrua, quæ vel à Prætoze tutore id petente l. 2. §. 1. & l. 3. ff. *ubi pupil. educ.* vel ipsius Tutoris arbitratu, si patrimonii secerera pandi non sit utile l. 2. *C. de alim. pupil. præst.* decernenda l. 12. §. 1. ff. *de Administ. tut.* III. Recta morum & animi informatio; Observet tamen tutor in constituenda mercede Præceptorum, facultatem patrimonii & dignitatem natalium d. l. 12. §. 3.

XXXIII.

Administration rationem licet olim tutor durante tutela non reddebat l. 4. l. 9. §. & generaliter. 4. ff. *de tut. & ration. distrab.* Hodie ex ordinatione politica Caroli V. de anno 1548. tit. 32. §. item das er. ad requisitionem Magistratus quolibet anno, suæ administrationis tutor reddere

52

tenetur, cui etiam ad stipulatur Jus Canonicum *cl. m. 2. ver. illi etiam*
de relig. dom.

XXXIV.

Administratio rerum, versatur in acquirendis & distrahendis bonis pupilli. Generaliter, in rerum pupillarium administratione, talem tutor adhibere debet diligentiam, qualem diligens paterfamilias *l. 10. & 33 ff. de administ. tut.* & si tota pupilli substantia mobilis est, mutuo tantum eo, quod ad dispensationem, adolescenti ejusq; rebus sufficit, residuum cautè reponat & reseruet *Nov. 72. c. 7.* Si immobilia reperiantur cum pecuniis & ex immobilibus sufficiens redditus, pecunias in emptionem prædiorum, paucis tributis obnoxiorum & venditorem divitem habentium collocare tenetur *l. 24. C. de administ. tut. l. 5. princ. l. 7 §. 3. 7. l. 49 ff. eod. l. 3. §. 16. ff. de suspect. tut. Nov. 72. c. 6. 7. 8.*

XXXV.

Res quæ servando servari nequeunt, sine mora tutor distrahere debet *l. 22. C. de administ. tut. l. 7. §. 1. §. eod. rustica & urbana prædia, aliasq; res maximi momenti, cum decreto Magistratus tantum, nisi pater in testamento specialiter hoc concesserit: Excipiuntur quædam, quas Tutor distrahere nequit *l. 22. C. de Administ. tut.* Sibi ipsi Tutor, quod sibi à patre pupillorum debetur, solvere potest & debet *l. 9. §. 5. ff. de administ. & peric. tut. l. 8. C. qui dat. tut.* Rem pupilli emere non potest *l. 34. §. ult. ff. de contrah. empt. l. 15. §. 2. ff. de autorit. tut. l. 9. ff. de reb. eor. qui sub. tut.* Tutor rem pupilli donare nequit *l. 12. §. 3. l. 22. & 46. ff. de administ. & peric. tut. l. 16. C. eod. exceptis Illustrium personis. Gail. lib. 2. Obs. 72. num. 8. & 9 per tex in l. cum plures. 12. §. 3. & l. seq. princ. de adm. tut. & si magna utilitas pupilli donationem comitetur, præviâ cognitione Judicis *l. 12. ff. de curat. furios. l. 1 §. 2. ff. de tut. & ration. distrab.***

XXXVI.

Notandum, quod tutores non à Camera constituti, si Judici-
cio Camerali pupillorum nomine actionem movere velint, probare
debeant, se tutores constitutos esse, quod tum fit hodiè, si tu-

ores à Judice inferiore dati, aut legitimi sint; si testamentarii, in judicio Camerali copiam testamenti collationatam, aut aliud legitimum documentum exhibere sufficit, si in Camera dati vel confirmati sunt, tutonium non requiritur *Col. Jur. Arg lib. 26. lit. 7. th. 32. circ. fin.*

XXXVII.

Tutor pupilli sui sorori, si soror sit eodem, quo pupillus, patre nata & de suo honeste dotem constituere non possit, dotem dare potest *arg. l. 12. §. 3. ff. de administ. & peric. tut.* Intra sex primos menses à suscepta tutela, pecunias pupillares fœnori collocare debet *l. 15. 49. §. 1. & 3. ff. d. t. l. 24. in fin. C. eod. l. 3. §. 2. & 3. ff. de contr. tut. act.* modo nomina idonea habuerit, quibus credat. Præstat enim dolum, culpam & diligentiam *l. 1. princ. ff. de tut. & rat. distrab. i. e. tenetur de dolo, lata & levi culpa l. 23. ff. de R. J. interdum de sola lata culpa, seu lata negligentia l. 7. §. 2. ff. de administ. & peric. tut. l. 2. C. arbitr. tut.*

XXXVIII.

Secundum Tutoris officii membrum continet auctoritatem & consensum pupillo præstandum, quæ auctoritas est approbatio expressa, quæ interponitur profecto eo, quod pupillus tutore præente gessit *Cujac. in parat. ff. & C. de autorit. præst.*

XXXIX.

Omnimodò necessaria est tutoris auctoritas in judicio criminali, siue litem inferant siue ipsis inferatur *l. 4. C. de autor. præst. l. 2. §. 1. ff. de accusat. l. 7. C. ad l. Jul. de adult.* In Civili eo tantum, quæ pupillis indefensis nocent, licet ea, quæ profunt valeant *l. 1. & 2. C. qui legit. pers. stand. l. 4. C. Si advers. rem. judic. l. 11. C. qui dar. tut. legit.*

XL.

Extra judicium in iis, per quæ conditio pupilli melior fit, auctoritate non est opus *l. 28. princ. ff. de pact. ut quando sibi stipulatur l. 9. ff. de autorit. tut. l. 1. C. de autor. præst.* in mutuis obligationibus, tunc enim pupillus contrahentem sine auctoritate tutoris sibi

52

sibi obligat, exempla sunt in emptione & venditione *princ. §. de autor. tut. l. 5. §. 1. ff. eod. l. 13. §. 29. ff. de act. empt.* In locati-
one *princ. §. de autor. tut.* In mandato *l. 25. ff. de fidejussor. l. 95. §. 4. ff. de solut. & liberat.* In deposito *l. 1. §. 15. ff. de pos.* In com-
modato *l. 1. §. ult. l. 2. & 3. princ. ff. Commod. in pignore l. 38. ff. de pignorat. acti. in societate l. 33. ff. pro soc. in negotiis gestis l. 3. §. 4 l. 6. princ. l. 34. ff. de negot. gest. l. 2. C. eod. l. 5. ff. de cond. & demonstr.*

XLI.

In iis, cum quibus damni periculum conjunctum est, semper necessaria est Tutoris autoritas *l. 189. ff. de R. J. ut in hæreditatis aditione, bonorum possessionis petitione, Fideicommissio & aliis, vid. l. 41. ff. de condit. indeb. l. 1. §. 2. ff. de constit. pec. l. 59. ff. de O. & A. & proinde is, qui à pupillo, sine tutoris autoritate rem distrahente emit, longi temporis spatio non defenditur l. 3. C. de autor. prest.*

XLII.

Ex contractu tamen, quem pupillus non adhibito tutore fecit, quatenus obligetur, distingvendum est inter pupillum infantem, qui nec alium sibi obligare *§. 9. J. de inutil. stipul. nec seipsum alii possit l. 12. ff. ad l. Corn. de sicar.* Infantia proximum, qui alios sibi obligare, sed ipse aliis nullo modo potest *l. 1. §. 13. ff. de O. & A. & pu- bertati proximum, hic enim si locupletior factus est vel dolum committit, naturali (ex ipsa rei gestæ natura & consensu) & civili obligatione ex rescripto Divi Pii. l. 3. §. pupillus sane ff. de negot. gest. l. 3. princ. ff. Commod. tenetur; Si non factus locupletior vel dolum non fecit, naturaliter tantum obligatur l. 1. in fin. ff. de novat. l. 25. §. 1. ff. quand. dies leg. ced. l. 127. ff. de V. O.*

XLIII.

Si interdum accidat, ut inter pupillum & tutorem lis oriatur, adeoq; in judicio alio quam tutelæ agendum sit, tutoris autoritas, ut suspecti, prorsus rejicitur; ratio est, quod tutor sibi ipsi in rem suam principaliter autor fieri nequeat *l. 1. §. 7. ff. de autor. tut. l. 34. §. fin. ff. de contrab. empt. l. 1. §. suis questum. ff. ad SC. Trebell. & datur hoc*

B 3

casu

casu curator ad litem §. ult. *J. de autor tut. tit. C. de in lit. dand. tut. l. 24. ff. de testam. tut.*

XLIII.

Finitur tutela vel ipso jure, vel sententia Judicis: Ipso jure morte pupilli, vel tutoris naturali §. simili modo. *J. quib. mod. tut. fin. Ci. vili, per maximam & mediam tutoris §. 1. l. d. t. non minimam Donell. lib. 3. comment. cap. 14. per maximam, mediam & minimam pupilli capitis diminutionem l. 14. ff. de tut. Pubertate pupillorum princ. I. quib. mod. tut. fin. l. 3. C. quand. tut. vel cur. des. l. 12. ff. de cur. dat. ab his.* In Electorum filiis vero specialiter cautum est, sanctione A. B. Caroli IV. ut ad annum 18. completum, sub tutela proximi agnati sint: Existente conditione, ad quam; vel tempore, ad quod data fuit §. 2. *J. quib. mod. tut. fin. l. 14. §. sed etsi. ff. de tut. l. 3. §. 1. ff. de adm. minist. tut.*

XLV.

Sententia Judicis tutela finitur vel per excusationem justam, quæ est allegatio §. ult. *J. de excus. vacationis §. 2. J. d. t. l. 17. §. 3. 6. ff. de excus. seu immunitatis d. l. 17. §. 1. 2. quam habet aliquis ex privilegio l. 69. §. 2. ff. de legat. 2. l. 8. princ. §. 1. 10 l. 24. 28. 30. §. 2. ff. de excus. l. ult. C. qui dar. tut. vel justa causa l. 37. princ. ff. de excus. vel suspecti remotionem Donell. d. lib. cap. 15. Excusare se possunt omnes text. in l. 5. C. de excus. l. 1. C. de legit. tut. l. 9. C. qui dar. tut. Novell. 118. c. fin. §. 16. *J. de excus. intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint se tutores datose esse, & si excusationis causæ justæ non recipiantur, appellationis beneficio uti possunt §. 16. J. de excus. l. 13. ff. & l. 6. C. eod**

XLVI.

Excusationum causæ sunt numerus liberorum t. t. C. qui num. lib. se excus. Administratio fisci §. 1. *J. de excus. l. 8. §. 1. ff. de vacat. & excus. mun. Absentia coacta reipub. causâ §. 2. J. d. t. l. 36 ff. ex quib. caus. maj. Potestas §. 3. J. d. t. LIS de omnibus bonis, vel plurima eorum parte pupilli §. 4. J. d. t. l. 21. ff. eod. Numerus tutelarum §. 5. J. d. t. l. 3. ff. eod. l. nunc C. qui num. tut. se excus. Paupertas §. 6. J. d. t. l. 6. §. fin. l. 7. 40. ff. eod. Morbus §. 7. J. d. t. l. 10. §. fin. l. 40 in princ. ff. eod. Ignorantia literarum cum negotiorum & rerum imperitia conjuncta §. 8. J. d. t. l. 6. §.*

72
1. l. 6. §. fin. ff. eod. Inimicitia gravis cum patre pupilli vel pupillo ipso
§. 11. J. d. t. Senectus §. 13. J. d. t. l. 2. princ. ff. eod. l. unic. C. qui etat.
Artes liberales l. 6. §. 1 ff. de excus. l. fin. §. fin. ff. de mun. et hon. l. 6. l.
fin. C. de prof. et med. et alia, de quibus vid. C. Iu. Arg. lib. 27. t. 1. 1.

XLVII.

Finitur & tutela per sententiam Judicis, remotione, profluente
ex accusatione suspecti, eaq; criminali, quando tutor criminaliter ac-
cusatur, ut non tantum removeatur, sed & arbitrio judicis puniatur:
vel civili, quando civiliter agitur & petitur, ut tutor declaretur su-
spectus & ab administratione removeatur, rationem reddat, reliqua re-
stituatur, vel etiam ut ei adjungatur curator *Trent. 2. disp. 9. th. 3. lit. A.*
de quo crimine hodie omnes Magistratus, quibus jus dandi tutoris
est, cognoscunt *juxt. Constit. polit. von der Pupillen und Minderjäh-
rigen Kindern Tutoren und Vermündern.*

XLVIII.

Remotus ob dolum fit infamis, ob culpam non æque §. 6. J.
d. susp. tut. l. 7. §. i. ff. et l. ult. C. eod. licet quoq; pupillo, finita tutelâ a-
ctiones alia competant, satius tamen est gliscenti malo seu periculo ma-
turè occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere
l. fin. C. in quib. caus. restit. in integ.

XLIX.

Effectus tutelæ consistit in actionibus inde descendentibus;
finita enim tutelâ pupillo datur actio directa contra tutores l. 39. §. 15.
ff. de admin. et peric. l. 5. 6. 8. et 9. C. arbitr. tut. l. 1. C. desidejus. tut. l. 2.
C. si mat. indem. promis. l. 2. 3. C. de divid. tut. l. 6. C. de testam. tut. Tu-
toris hæredes l. 1. §. 16. ff. de tut. et rat. distrah. l. 12. C. arbitr. tut. l. 2. 3.
4. C. de hered. tut. ad omne id quod interest l. 7. princ. ff. de admin. et
peric. tut. l. 4. 7. C. arbitr. tut. l. 19. princ. ff. locat. quod jurejurando in
litem æstimatur d. l. 7. l. 1. 2. C. de in lit. jurand. l. 8. ff. eod. In quo & lu-
crum l. 17. 18. ff. de tut. et rat. distrah. & fructus seu redditus, qui bona fide
percipi potuerunt nec percepti sunt l. 32 §. 2. 3. ff. de administ. et peric.
tut. Usuræ pupillares, t. t. C. de usur. pupill. et alib. interdum etiam ma-
jores, l. 9. §. 4. l. 39. §. 14. ff. de administ. et peric. tut. t. t. C. de usur. pu-
pill. imo aliquando etiam maximæ seu centesimæ l. 38. ff. de neg. gest.
continentur.

L. Datur

L.

Datur & hæc actio directa adversus fidejussores tutorum l. 4. § 2. l. 10. ff. rem pupill. salv. for. Fidejussorumq; hæredes & alios successores l. 3. ff. de fidejuss. & nominat. & hæred. tut. in solidum, adversus singulos unius tutoris, perpetuò princ. J. de perpet. & tempor. act. item adversus Magistratum t. t. ff. & C. de Magistrat. conven. ad petendam sortem cum usuris, excusis tamen prius ipsis tutoribus & fidejussoribus eorum l. 1. vers. sed adversus l. 3. vers. nec alias l. 4. l. 5. ibi. nec ex cautione. C. de magistrat. conv.


LI.

Tutori finita tutela l. 1. §. 3. ff. de contr. tut. & util. act. datur actio contraria ejusq; hæredibus l. 3. §. ult. ff. d. t. contra pupillos l. 1. princ. l. 5. ff. d. t. l. ult. C. de contrar. judic. tut. eorum hæredes & successores d. l. 3. §. ult. ff. d. t. ad id, quod tutor de suo in pupillum vel rem ipsius l. ult. C. de contr. judic. tut. l. 1. princ. §. 4. §. l. 3. princ. §. 3. §. l. 4. ff. de contrar. tut. & util. act. impendit, quo referuntur & sumtus litis, vaticæ, honoraria litis causa facta, usuræ vel trientes vel quæ in regione observantur & cætera, de quib. vid. C. J. A. lib. 27. tit. 4. per totum.

LII.

Obiter notandum, pupillo ejusq; hæredibus etiam competere actionem de rationibus distrahendis, finita demum tutela l. 1. §. ult. ff. de tut. & ration. distrab. adversus tutores omnes cujuscunq; generis l. 1. §. 19. ff. d. t. non verò adversus hæredes vel successores tutoris d. l. 1. §. 23. in fin ff. d. t. Sed ob statutum Nobilissimæ Facultatis, quod certum numerum paginarum præscribit, hic subsisto. Finio itaq; cum QUO incepti, CUI sit

GLORIA, LAUS ET HONOR.
TANTUM;
MONITI MELIORA SEQUEMUR.





quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.
 1615. vagabundus quidam homo co-
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-
 cupans, & ex familia illustri Graecorum
 jactans, adjumeto intercessionu, quas
 te impetraverat, in plurimorum prin-
 s, & civitatibus ingentem pecuniae
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 no 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 , ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 poenam temporalis relegationis in-
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-
 assumpto nomine Advocati cujus-
 ejus publice jactaverat, quem postea
 iudiae Senatus virgis coedi, & exilio
 tinent & huc exempla relata a *Valer*

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nem suam mutat, & se pro alio suppo-
 ma apud Historicos aliosq; scripto-
 inter quae notissimum est illud Plau-
 pta forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut e bello rever-
 concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

